

Commissio certo genere causarum alicui privato, presumitur delegata Jurisdictione. n.675.

Commisā universitate causarum , presumitur Jurisdictione ordinaria collata. cod.

Quando Princeps eodem tempore duobus concedit Jurisdictionem , locus est præventioni. fol. 404. n.677.

Jurisdictione discretivè concessa, presumitur concessa privative. n.679.

Jurisdictione concessa tanquam privilegium, presumitur concessa privative. n.680. Item quando est concessa ex contractu. item in favorim certarum personarum. cod.

Quando non conflat, favore an odio sit data, sed tamen est dura ob bonum publicum, presumitur cumulativè concessa. fol. 404. n.681.

Quando Princeps causam prius uni delegatam postea delegat alteri, scilicet mentione prima delegationis presumitur privative delegate. n.682.

Si Princeps non expressè inabilitatem, dixit: ex certa scientia: videtur ignorasse inabilitatem, nec in ea voluisse dispensare, nisi bonum publicum hoc exigeret. n.684.

Personæ Industria censorum electa in collatione Jurisdictionis , quando causa delegata est admodum ardua, & quando verba commissionis alioquin torquenda essent. n.685.

### Jus. Justum.

#### Tomo 1.

Jus habet varias acceptiones. Hic sumitur pro Jure Proprietatis Activo, cuius terminus est Jus Passivum. fol. 71. n.20. & quidem immediatus terminus semper est actio vel omissionis actionis. 21.

Justa actio alia dicuntur negativè, alia positivè. Illa est, qua ponitur sine lafione Juris alieni. Ista vero qua ponitur ex motivo Justitiae, tanquam debita.

Jus Proprietatis non satis ultimè explicatur per Prelacionem seu Praferibilitatem pra' alijs in re aliqua usurpanda in proprium utilitatem expediari connexione quam habet cum illa re. fol. 71. n.33. & seqq. Neque satis expedite est definitio hæc: Facultas liberè disponendi cœca Reim vel Personam quoad usus vel actiones lege permisæ, non impeditib[us] licet ab alijs, ordinare vel ordinans suum subjectum ad propriam felicitatem seu commodum proprium. n.37. Neque hæc. Potestis obligandi alterum per voluntatem ipsius habentis, quā velit oppositum alicuius actionis vel omissionis illicium ex motivo sui placiti.

Jus Proprietatis Activum purè tale, prout distinctiū à Jure Jurisdictionis, est. Facultas naturæ rationalis, obtinendi actionem vel omissionem lege permisam, voluntate verè vel interpretativè suā, obligando in suum proprium commodum alios, ad talam actionem praestandam vel non impediri, seclusa potestate gubernativā. fol. 75. n.43.

Jus Passivum est actio vel omissionis actionis ab eo praestanda, qui alteri ex præciso ejus beneplacito obligatur. cod.

Jus Jurisdictionis semper est etiam Jus propriatis , sed non econtra. fol. 75. n.44. Est autem Potestis seu Jus obligandi alios per suas leges ad actiones , ad quas expedire subditis esse obligatos. fol. 76. n.45.

Potest actus esse validus, absque jure agendi. fol. 77. a. n.55. ubi exemplis declaratur.

Juris Divisio est in Jus Reale seu in Re, & Personale seu ad Rem, quæ posteriori ita declaratur. Jus realē est, quod rem ita respicit, ut ad quemcunque devenerit, semper eum profici possim, & idem dicitur inhaerere rei, & fundat actionem realem. Jus personale est, vi cuius res ipsa quidem non potest vindicari ubiquecumque existat, sed solum recipit personam determinatam, quæ vel ex contractu, vel quasi, ex delicto vel quasi obligata sit ad aliquid praestandum. fol. 79. n.64. A priori potest declarari hoc modo. Jus realē est, quod immediate tendit ad subordinandas alteris vel personas considerandas res. Jus personale est, quod immediate solum tendit ad subordinandam nobis aliam personam in ratione personæ seu agentis. 66. ubi exempla. Hæc divisio admittit tertium membrum Juris mixti. n.67. actiones mixtas vide. *Actiones*.

Jus alterius potest ladi vel voluntarie, & dicitur theologicè Injuria formalis, vel involuntarie, hoc est absque cognitione & advertentia ad jus alterius, & est materialis injuria, fundat tamen etiam quandoque obligationem satisfaciendi pro damno illato. f. 89. n. 111.

### Jus Gentium.

#### Tomo 4.

Dupliciter sumitur. Primum est, quod cum ipso genere humano ortum est, ex ipso natura lumine omnibus insitum, ut Pietas erga parentes. Secundarium est, quod naturalis ratio per varias experientias constituit, adhibito discursu. Quo sensu usus monetæ, & Contractus emptionis dicuntur esse Iuris Gentium. f. 2. n.3.

### Justitia.

#### Tomo 1.

Justitia hic sumitur prout tribuitur quatuor species: Legali, Vindicativa, Distributiva, Commutativa. fol. 68. num. 2. Legalis est virtus specialis, inclinans ad procurandum bonum commune, per leges intentum, ob conjunctionem Principis cum communitate. n.4. Vindicativa residet in Superiore. eod. Distributiva versatur circa distributionem comodorum & onerum communium. Commutativa tribuit unicuique suum, absque respectu ad merita, vel alias de communitate. n.5.

Justitia

Justitia in genere, ut abstrahens ab illis quatuor species, est Virtus ad alterum, cuius Actiones ex obligatione factæ nunquam generant in altero obligationem gratiarum actionis. f. 68. n. 7. & seqq; ubi fit definitionis applicatio.

Justitia Commutativa (qua in præsenti maxime consideratur) est Constanſ & Perpetua voluntas Jus suum cuipque, tribuendi. f. 17. n. 15. Itaque objectum illius est Jus alterius. Hoc Jus non recte confunditur cum Debito. nu. 16. aut cum æquali. n. 18. Nec per suum contrarium, hoc est, injuriam 19. vide plura in vocab. Jus.

Justitia respicit Medium Rei, & non præcisè Medium Rationis, sicut alia virtutes. f. 80. num. 70. & seqq.

Justitia commutativa non exercetur in Patrem & Filium, si formaliter & quæ tales considerentur. hoc est, secundum illas præcisè obligations, quas natura introduxit independenter ab eorum voluntate. f. 82. n. 77. Idem cum proportione de Domino & Servo dicendum. 79.

Ex Justitia commutativa potest eidem obligatione sibi satisficeri. Et secunda solutio promovet finem Justitiae extensivè. f. 82. n. 81. & seqq; ubi per instantias declaratur.

Item potest satisficeri solutione anticipata pro debito necedum contracto, sed contrahendo. fol. 84. n. 88.

Justitia Distributiva non merè accidentaliter aut materialiter, sed essentialiter & specie differt à Commutativa. f. 85. num. 93. Ä qualitas tamen Arithmetica & Geometrica non est sufficiens ratio diversificandi specie theologicæ. 94. quamvis plurimque illæ ä qualitates diversè observentur. 98.

Quandoenque vel ex lege vel ex pacto datum in membris Communis Jus ad rem stricte dictum, distributio proportionalis bonorum communium non fit ex Justitia distributiva, sed Commutativa. f. 86. n. 99.

Nec ad Justitiam Distributivam, nec ad Commutativam spectat, tribuere communitati Jus ad rem, hoc est ad Officium, obligando Officialem Communis ad bonum illud procurandum. fol. 86. n. 102.

Justitia Distributiva differt essentialiter à Commutativa per hoc, quod in distributione bonorum communium attendat & recipiat debitum minus strictem, quod quidem debitum non est Jus ad rem, fundans obligationem restituendi, sed consistit in Majore dignitate vel Minore membrorum communis, ordinando distributionem principaliter in bonum Communis. f. 87. num. 104. Distributio onerum & contributionum plus participat de Commutativa quam Distributiva. 109.

Peccatum Justitiae Distributivæ oppositum, est acceptio Personarum, & committitur quandoquis

non ob merita, sed ex alijs causis tribuit uni, quod ob merita alteri deberetur. fol. 88. n. 110.

### Latrociniū.

#### Tomo 6.

Latrociniū strictè sumptum dicuntur, que spoliatio cum occidione conjugatur, sive ipsius spoliati, sive alterius à quo timebatur manifestatio. fol. 138. n. 356.

Latrociniū poena secundum Jus Civile est sumptum, in Imperio est poena Rotæ. n.55. Latrocino frequenter poena exacerbatur. n.58.

Actus spoliatio non requiritur, sufficit attentata. n.360. Item sufficit lucrum speratum de futuro. fol. 139. n.362.

Eadem poena afficiendi auxiliatores, & approbatores. fol. 139. n.361.

Attentatum latrociniū, non securā tamen occidione nec spoliacione, non punitur morte, sed arbitrio Judicis. Spoliacione fecuta, punitur poena Graſatoris. fol. 139. n.363. Quamvis etiam poena mortis puniri possit, qui ita vulneravit, ut tanquam mortuum reliquerit, saltem gladio, in modo allicubi etiam rotæ. n.365.

Ob plures causas potest Rotæ poena exacerbari, quas vide, fol. 140. n.366.

### Laudatio & Nominatio Autoris.

#### Tomo 4.

Qui rem possidet tanquam suam ab alio comparata, potest laudando auctorem declinare Judicium, decipiendu[m] illi item moram. Qui possidet alieno nomine, dicitur auctorem *Nominare*. fol. 257. n. 397.

Auctor laudatus tenetur item suscipere coram Judice Rei conventi, etiam si ceteroquin posset exceptione declinatoria uti. fol. 258. n.398. Plura de his in contractu *Emptionis*.

Denuntiatio litis mota fieri potest etiam post lites contestationem, dum talium est ius auctoris. num.399.

Copia libellaliorum actorum Auctori mittenda sumptibus quidem denuntiantis, sed lites finitæ repetendis. n.400.

Qui alieno nomine possidet, liti per denuntiationem penitus eximitur: qui vero suo nomine, eatenus, ut infantia quidem in venditione mutetur, executio vero sententia in ipsum emptorem fieri debeat. fol. 258. n.401.

Nominato domino, fit denuntiatio à Justice, sumptibus conveni, & interim negotio superpedetur, nisi actor probare velit, conventionem suo nomine poscidere. n.402.

An inter Legarios sit aliquis prioritatis ordo,  
vide, *Prioritatis Ordo*.

Tomo 2.

Legatorum revocatio nullas requirit solennitates, in modo sufficit presumptio, sic legatum occisi testatoris relictum, presumitur revocatum, & cedit heredi. fol. 59. n. 265.

Legata debentur etiam tunc, quando testamentum hereditate substituitur per repudiationem hereditatis. fol. 33. n. 151. Item debentur, quando testamentum rumpitur ab exheredatione vel præteritione alicuius qui ante conditum testamentum natus est, non tamen si rumpitur ab eo qui post testamentum conditum, esto viro patre, natus est. fol. 35. num. 160. Nisi testator scilicet eis uxorem prægnantem. cod. & fol. 87. n. 387. & fol. 88. n. 390. & seq.

Legatum est Donatio à defuncto relicta, ab herede præstanta. f. 210. n. 216. Differat à Fideicommisso universali, quod hoc non sit purè liberalis donatio, ut pro subjectum oneribus hereditatis, & quia non accipitur immediate à defuncto, sed ab herede transference dominium fideicommissi: Legati verò dominium transfertur immediate à defuncto, & sola possessio præstatur ab herede. n. 217.

A Donatione Mortis causà etiam differt: tum quia saltem a initio relinquitur legatum (non item donatio mortis causà) tali modo, ut ab herede præstetur, esto quoamodo defunctus ipse, mutata voluntate præveniat heredem & præstet, tum quia hæres semper præstat falem equivalentem & virtualiter, quatenus Legatum à defuncto traditum posset à Legatario avocare, illudque bonis defuncti adnumerare, in eum finem, ut appareret, an ad solvendam debita vel detrahendam Falcidiam sit necessarium. f. 210. n. 218. & seq.

Legatum etiam à Fideicommissario universali relictum & præstandum, bene dicitur ab herede præstari, quia talis fideicommissarius est loco hereditatis. Quando autem Legatum ab ipso Legatario alterum alteri solvendum relinquitur, dicitur præstari ab herede mediata. f. 211. n. 220.

Definitur Legatum expeditius: Ultima voluntas, quæ liberaliter defunctus rem particularē, hoc est, quæ rationem hereditatis non habet, aliqui ab herede præstandam, relinquit. cod.

Si inter testandum Testator utens verbo *Donendi*, det aliquid acceptant, non est donatio inter vivos, & irrevocabilis, sed est donatio mortis causā, statim quidem transferens dominium, sed revocabile: Quodsi traditio sequeatur testamento, in quo idipsum relictum esset, esset legatum. fol. 211. n. 221.

Legatum strictè sumptum differt à Fideicommisso particulari in sola formula relinquendi per verba directe ad legatarium directa, vel tantum indirecte, cod. De reliquo sunt penitus ex aqua & equiparata quoad effectus & modum relinquendi, in quibus antiquo jure plurimum differabantur. Nam Legata non nisi testamento, aut Codicillis testamento confirmatis relinquunt poterant, nec nisi post heredes institutionem, verbis latinis, certa formulā conceptis, non item in tempus post mortem hereditis aut legatarij. Hodie jure sicut olim fideicommissa particula, etiam ab hereditato, item in testamento ante hereditis institutionem, in Codicillis nullo testamento firmatis, verbis quibuscumq; in modo solo natus, de iure communī (non item de jure Bavaro, quo requiritur, ut respodetur faltem. Ita,) item præstanta post mortem hereditis aut legatarij. Econtra sicut olim dominum legati immediate transferrebat in legatarium, ita etiam hodie dominium rei fideicommissaria ex quæ ac legati, ut statim detur actio in rem. fol. 212. n. 225.

Legare possim illi fili, qui testamentum conder. fol. cod. n. 226.

Legari etiam non nisi illi potest, qui possunt heredes scribi, exceptus excipiendis, ut Professi &c. de quibus alibi dictum, eod.

Quamvis olim persona penitus incertæ, & non aliquo modo in animo faltè designata, legari non potuerit, hodie tamen potest: v.g. qui filiam meam duxerit, dummodo per eventum persona certificetur. A fortiori potest legatum relinquere Communitati: item illis Religiosis, qui in testamento vi sui Instituti non possunt heredes scribi; etiam PP. Franciscanis, sed cum ea moderatione, ne legata videantur facta in fraude legis hereditatem prohibentis. fol. 213. n. 227. Quodsi Religiosi relinquenter legatum cum onere repugnant, tamen esse possit legatum, non propter heres teneretur emere optimum. 218.

Valeat legatum factum incapaci tempore dispositionis, capaci tamen tempore mortis testatoris. fol. 213. n. 228.

Valeat etiam Legatum factum cum errore commissio in nomine proprio legatari vel rei legata, dummodo constet de mente testatoris, quem & in quo voluerit honorare. fol. 214. n. 229. Sit tamen errare in nomine appellativo. v.g. nominando suppellectilem pro veste, non valeret legatum, quia non expressit, quod voluit, sed quod noluit: neque nomina appellativa sunt privatorum auctoritate mutabilia, sicut nomina propria. fol. cod. n. 230.

Solis error in adjecta demonstratione non vitiat legatum. cod.

Legato per nomen æquivocum expresso, si non constet de mente testatoris, electio est penes heredem. fol. 214. n. 231.

Si Legatum sit relictum Sempronio, & sint duo Sempronii, pari affectione conjuncti testatori, nec apparerit in quem terenderit intentio illius, quamvis recepta sit Juristarum opinio, legatum non valere, ob claros futis textus, (quibus tamen alio non minus clari opponuntur) inde tamen haud evincitur, quod legatum ne quidem in foro Interno solvendum sit, so modo, quo Theologici docent, alia debita incerta esse solvenda, cum certum sit deberi, & solum defit probatio cui debetur: ob quem deficitum erit saltem dividendum, sicut esset dividendum, si quid relictum esset illi, qui primus Capitolium ascenderit, & ex duobus non constaret, quis prior ascendisset. fol. 215. n. 232. & seqq.

Si duobus Sempronij legata relicta sint, & deinde uni ademptum sit, sed non constet, cui, est responsum Ulpianum in l. 10. ff. de reb. dub. quod utriusque esset ademptum, quod est inconsequenter dictum ad id, quodidem Ulpianus in eadem lege dixit, non valere legatum, si non constet, cui ex duobus legatum sit, ob incertitudinem. Nam si hac impedit valorem legati, etiam impedit valuationem ademptionis. Consequenter dicitur in lege 3. §. 7. ff. de adm. leg. quod si duobus Titis separata legatum sit, & uni ademptum sit, utriusque legatum debetur: econtra si non appearat, cui datum sit, neutri sit legatum. fol. 216. n. 233. Ut iura in hoc puncto concidentur, dicendum videtur, quod in casu positio neutri debeatur legatum ademptum, (si sit divisibile) sed tamen debeatur dividendum. n. 236. & seqq.

Si hujusmodi incertum legatum esset relictum Ecclesiæ, loco non expresso, applicandum esset Ecclesiæ in qua testator habet domicilium. Si vero Ecclesiæ alicuius Sancti nominis sit, cum plures ejusdem nominis reperiatur, dandum esset indigenitorum, nisi aliunde apparet, testatorem aliud voluisse, v.g. quia in una habet iepulchrum, accepit Sacramenta, &c. Si omnia essent paria, legatum esset dividendum, vel forte, aut alio modo transfigendum. fol. 216. n. 235.

Quando erratum est in demonstratione rei legata, recurrendum est ad presumptam intentionem testatoris, an fuerit alligata demonstrationi: postea fuisse pura & non alligata, etiam si demonstratio non sit posita in diversa oratione. fol. 217. n. 241. & seqq.

Error circa personam Legatarij tunc vitiat Legatum, si persona animo concepta nullo modo est expressa, sed alia quam non concepit. Si tamen ecclesilico modo expressa, valeret, v.g. *Huius fratris me lego*: Fratri debetur Legatum, etiam si non fuerit praefens, sed putabatur esse, cum aliis fuerit. f. 218. n. 243.

Si demonstratio in qua erratum est, concinna causam motivam legandi, non valeret legatum, sed error confutetur esse in substantia. f. cod. n. 244.

Non esset inutile Legatum *Animalis* in genere, nec satisficeret dando muscam, sed dandum esset

animal prelio estimabile, & quo censeri posset Legatarius honoratus. f. cod. n. 245.

Legato disjunctivè facio, v.g. aliquo ex servis, vel equis &c. Electio est penes Legatarij, ita tamen ut nec possit optimum, nec debet pessimum eligere. f. 218. num. 246. & seqq. Si tamen Testator solum duo individua haberet speciei Legata, posset Legatarius optimum eligere. f. 219. n. 249.

Si heres est constitutus executor Legati, v.g. per verbū *Dabit*: Electio est penes heredem, sicut etiam tunc, quando Testator unum determinatum concepit, sed voce æquivocâ expressit, ut iam supra dictum, cod.

Legato individuo indeterminato habente terminos à natura, sed ab arte & industria humana, five res si mobilis five immobilis, si sine plura in hereditate ejusdem speciei, electio est penes Legatarij, sicut dictum de habentibus terminum à natura. fol. cod. n. 251. Si vero nullum tale existet, tunc si res immobilis, evaneat legatum, ob presumptionem, quod testator noluerit gravare heredem ad ejusmodi rem emendam, qua plerunque sunt pretiosa, & raro comparabiles: si vero sit res mobilis, etiam comparanda, sicut dictum de habentibus terminum à natura. fol. 220. n. 252. Et etiam si in casibus positio efficit legatum pium, non propter heres teneretur emere optimum. 253.

Si legata est res consitens in pondere, numero, & mensura, & exister in bonis, inde solvendum est legatum, eligente herede: si non exister, emenda, vel estimatio præstanta. fol. cod. n. 254.

Legata summa pecuniarum non satis expressa, ex circumstantijs personarum, & consuetudine formanda est presumptio de mente testatoris. cod.

Fatid semel electione non licet variare, nisi error commissus esset in electione, vel electio facta esset ante aditum hereditatem. fol. 210. n. 255.

Electio commissa territo, hoc non eligente, devolvitur ad legatarium. fol. cod. n. 256.

Re cädem a duobus eidem legata, si legatarius eam in specie fuerit consecutus ex uno testamento, non potest postea petere ejus estimationem ab altero herede ex altero testamento: bene tamen si prius estimationem consecutus esset, posset adhuc rem ipsam consequi. fol. 221. n. 257.

Si eadem res eodem testamento bis legata fuerit, non nisi semel debetur. fol. cod. n. 258.

Res fungibilis in eodem testamento bis legata, tantum semel debetur; in duabus scripturis, Testamento & Codicillo, legata bis debetur, nisi hæres probet, testatorem voluisse legatum repetere, fortè quia oblitus est, vel quia timebat impugnationem testamenti. fol. cod. n. 259.

In re determinata corporeis bis legata, stat præsumptio

lumptio pro hærede, ut tantum femele debeatur.  
fol. cod. n. 260.

Si eadem quantitas femele absoluē, deinde sub conditione legata sit, femele statim debetur, secundū, postā conditio. eod.

Si in diversis scripturis diversa quantitates legata sint eidem, censetur legatum auctum, & utrumque solvendum, nisi hæres contrarium probet. fol. 221. n. 261.

Si eadem res pluribus conjunctim legetur, dabit illis femele, ut dividant aequaliter inter se. Si scorsum, & singulis in solidum, qui prior petit, haber optionem petendi rem vel estimationem. fol. 222. n. 262. Itaque per rem secundū legatam, non præsumitur revocatum prius legatum, sed potius, quod ambo ad aequales partes vocentur, nisi evidenter constet, singulis in solidum esse legatum. fol. cod. n. 263.

Uno ex Collegataris re conjunctis deficiente, alter accipit totum, cum alioquin partem accepferit, adeoque pars deficiente non cedit hæredi. fol. cod. n. 265. & seq. Utrum autem hoc fiat. Jure accrescendi, an Jure non decrecendi, est inutilis qualis, & sine inconvenienti dicuntur: Jure accrescendi acquiri. n. 166. & seq.

Quando Collegatarii sunt re & verbis conjuncti, tunc si legarum cum aliquo onere reliquum est, accrescit una cum onere: si vero re tantum conjuncti sunt, sine onere repudiandi imposito, accrescit non repudiandi. fol. 223. n. 268.

Si verbis tantum sunt conjuncti, adhuc est locus juri accrescendi, scilicet si etiam verbis disjuncti essent, vel ex alijs circumstantijs colligi posset, sive verbis conjunctis solidum quod celerius loqui volueret testator. fol. cod. n. 269. & seq.

Si eadem res tribus leguntur, duobus tamen etiam verbis conjunctis, tertio non nisi re conjuncto, portio re & verbis conjuncti soli sic conjuncto accrescit, portio re conjuncti ceteris duobus tequantur. fol. 225. n. 276.

Si triplex diversa conjunctio fiat, illi, qui re & verbis conjuncti sunt, ceteris præferuntur: inter ceteros autem illi, qui re tantum conjuncti sunt præferuntur illis, qui re tantum conjuncti sunt. fol. cod. n. 277. & seq. ubi exemplum.

Portioem accrescentem non tenetur legatarus (sicut hæres) acceptare, vel totum legatum repudiare. Totam tamen rem sibi per modum unius legati relata, debet vel acceptare, vel repudiare: non item si diversa sint legata. fol. cod. n. 279.

Legari possunt res nequid existentes, quastamen existitas esse poterat sperari & cogitari a testatore: & tale est legatum in diem, adeoque suspensus, & pendens ab eventu & conditio ex natura inexistenti, & transmittetur ad hæredem

à legatario decadente ante eventum: si nihil eveniat, liberatur hæres. fol. 226. n. 280.

Res aliena potest à scienti testatore (quam scientiam legataris probate debet) legari, & hæres tenetur eam emere, si vero non sit venalis, solvere estimationem. eod.

Ab ignorantia res aliena legari potest persona valde conjuncta, præsumendo, quod etiam sciens legaturus fuisset. fol. cod. n. 281.

Si res legata est ipsius hæredi, cum censeatur esse una persona cum defuncto, debet legatum praifare, etiamsi testator ignorans esse hæredi. Quodsi sit in unius cohæreditis solius dominio, tunc legataris proba verit, id testatore scivisse, con sequetur totum legatum, concurrentibus tamen omnibus cohæreditibus cum proportione successione. Si testator ignorans rem unius ex cohæreditibus esse, putans eam suam, solus ille cuius est res legata, gravatur, non quidem ad totam rem tradendam, sed ad estimationem rei pro quo ta sua successio: reliqui vero ideo non tenentur, quia respectu corum est res aliena. fol. 227. num. 284.

Non plus juris censetur legatum esse, quam habuit in re legata testator, quando jus limitatum habuit. fol. cod. n. 284.

Si res ignorata scienter legetur, hæres tenetur pignus lucere, & tradere legatario: si ignoranter, ad legatarii spectacum luctio. fol. 228. num. 285. Quodsi luctio adæquet valorem rei legata, si non lucere legataris, conformius iuri est, quod hæres teneretur lucere, ne legatum sit iniuste. eod.

Si res alterna legata scienter ex titulo lucrative ad legatarium jam ante pervenit, hæres non tenetur ad estimationem, bene tamen, si pervenit titulo oneroso. fol. 228. n. 287.

Si res legata fuit ipsius testatoris, & titulo oneroso acquisita, potest legatarius petere estimationem, si accipit eam sibi esse legatum. fol. cod. n. 288.

Res que est ipsius legatarii tempore condit testamenti, legari non potest, etiam si alienaret, eod.

Legato debito debitor, censetur legatum esse juri excepienti contra hæredem, & liberatus debitor si sola dilatio solutionis est legata, tunc interim non debetur. fol. 229. num. 289.

In legato liberationis generalis, tantum veniunt absolute delicta personalia, non conditionata aut realia. fol. cod. n. 290. & seq.

Legata liberatione à reddendis rationibus, non hoc ipso residuum solutio remissa censetur, nec id quod dolo consumptum aut neglectum est. fol. cod. n. 291.

Debitum de quo hæredi constat, sed à creditore probari

bari non potest, si legeretur creditori, censetur legata solutio, & hæres in conscientia solvere debet. f. cod. n. 292. Legato vero debito legali seu Statuto, ut est dos, hoc debitum extinguitur per legata aequalia, vel quod partem, quia sub conditione statutum, nisi homo provideat. eod. & seq.

Legata pecunia, non compensatur legale debitum alterius speciei, v.g. fundi, quia invito aliud pro alio non solvit. f. 230. n. 293.

Alia debita sive ex contractu, sive ex delicto, non extinguuntur per legata, alioquin legatum non esset donatio. f. cod. n. 296. Unde, ne legatum factum creditori sit illorum, debet aliquid commodi indebiti conferre, v.g. cessionem exceptionis competenter, solutionem ante tempus obligationis &c.

Dies legati cedit à puncto mortis testatoris, etiam ante hereditatem aditam, nisi legatus sit ususfructus vel libertas. Diem autem cedere aliud non est, quām incipere deberi. Venire diem, est posse peti. f. 231. n. 298.

Quando Legatarius acceptavit legatum, fictio ne juris retrotrahitur dominium ad diem mortis, vel (in casu legati ususfructus aut libertatis) ad diem aditam hereditatis. f. cod. n. 300.

Quando Legatarius moritur ante aditam hereditatem, transmitit legatum ad hæredem. eod.

Res legata in diem, vel sub conditione de futuro, transit in dominium Legatarii veniente die vel conditione. f. cod. n. 302.

Res indeterminata purè legata, ita ut determinatio sit penes hæredem, non transit in dominium Legatarii, nec debentur illi fructus, nisi à tempore, quo hæres fuit in mōrā tradendi, adeoque tunc, quando obligatur ad determinandum. Re determinata purè legata, non potest Legatarius ante aditam hereditatem petere legatum, & sic needum habet dominium verum, sed solius fictione juris, quatenus acceptando legatum retrotrahitur dominium ad diem mortis, vel (in casu legati ususfructus aut libertatis) ad diem aditam hereditatis.

Ab adita hereditate habet ius exigendi legatum: si tamen nollet acceptare, censetur nunquam fuisse dominus: acceptando tamen sit dominus à die mortis testatoris, quo legatum cessit, & tenetur onera imposta subire, eod.

Re incertā legatā, Legatarius moriens ante aditam hereditatem transmitit ius ad hæredem. Si in diem incertum, Legatum, Legatario moriente ante illum diem, expirat. Si in diem certum, transmittitur ad hæredes, quia jam ante debetur, hoc est, dies jam cessit, quamvis nondum solvendum sit, nec peti possit, quia dies nōdum venit. f. 232. n. 307.

Hæc conditio: Si hæres adiecit hereditatem: ideo non impedit transmissionem moriente Legatario

Chrīst. Haun. Report.

ante aditam hereditatem, quia licet sit conditio incerta, est tamen universalis, & inexistentis eod.

Ad confusioneā cavendam, triplex dominium in Legatario distingui potest. Primum, quod finitur habere à puncto mortis testatoris, usque ad additionem hereditatis, & hoc est dominium factum. Secundum, quod habet ab additione hereditatis usque ad acceptationem, & hoc est dominium verum, sed revocabile ad libitum Legatarii per non acceptationem. Tertium, quod acquirit per acceptationem, & hoc est irrevocabile. eod.

Fructus illi, qui evadunt aliquo modo pars rei Legata, ut augmentum gregis, omnes pertinent ad Legatariū à die mortis testatoris, sicut quæ preueniunt, Legatario pertinet. f. 233. n. 307.

In pfecto jure scripto, fructus illi soli cedunt Legatarii, qui percepti sunt, vel à Legatario percipi poterant, postquam hæres fuit in mōrā solvendi Legatum petiū. f. cod. n. 308. In favore tamen causa pia cogitur morosus hæres restituere omnes fructus & uluras à die mortis testatoris. n. 309.

Si res aliqua particularis & in specie fuerit legata, & sine culpa hæredi perit, hæres liberatur. Aliud est si res legata confitit in numero, pondere, vel mensura, tunc dampnum sentiret hæres.

f. 234. n. 311.

Si res legata post moram perit, hæres debet damnum resarcire, nisi fuisset eodem modo apud Legatariū peritura. eod.

Quando Principale cum Accessorio fuit Legatum, v.g. Servus cum peculio, fundus cum instrumento, pereunte principali extinguitur legatum etiam quoad accessorium. f. cod. n. 312. & seq.

Quando legatum sub eo nomine, sub quo legatum est, capit incrementum, etiam vivente testatore, cedit in commodium Legatarii. f. 235. n. 315.

Gregē legato, & ita diminuto, ut non amplius sit grex, adhuc residuum debetur, ex presumpta intentione testatoris. f. cod. n. 316. Si tamen ususfructus gregis legatus esset, evanesceret legatum. n. 317.

Si fundi legati pars aliqua alienaretur à testatore, valeret legatum quod alteram partem, & quod partem alienatam censeretur revocatum. f. cod. n. 318.

Peculio legato, si quid vivo testatore accedit vel decedit undecunque, Legatario accedit vel decedit. Si post mortem testatoris ante aditam hereditatem accipit incrementum, tunc si peculium legatum est servo cum libertate, totum Legatario cedit, si extraneo, cedit quidem legatario quod augmentum proveniens ex rebus peculiaribus, extrinsecus vero adveniens spectat ad hæredem. fol. 235. n. 319.

Si domus legata vivo testatore destruta, nec à testatore reparata est, debetur area. Si reparata tota simul, nihil debetur: si successivè, debetur dominus. f. 236. n. 320.

Fructus rei legatae in diem certum, percepti tempore intermedio, si in favorem hereditatis adjecta est dies, pertinent ad heredem, secundus ad Legatum. f. cod. n. 321.

In arbitrio hereditatis legatus relinquit non potest, nisi hoc sensu, ut eo sensu consentiente non licet variare. Item, ut possit solutionem differre usque ad tempus mortis. f. cod. n. 322.

Legatum collatum in arbitrium Legatarii, si voluerit) cum ceteroquin hec conditio omni Legato insit, quatenus potest Legatum repudiaris; ex mente tamen testatoris videtur hoc alio sensu adjectum esse, ut Legatum non acquiratur Legatio ignoranti, nec retrotrahatur ad punctum mortis, sed acceptationis. f. cod. n. 323.

Judicio & arbitrio intellectuali etiam ipsis hereditatis committi potest. Arbitrio vero voluntario folius extranei. eod.

Legatis omnibus mobilibus, censetur Legatus etiam actiones competentes pro mobilibus ex communi modo loquendi, quo putant homines se nomine mobilium & immobilium omnia sua bona comprehendere. f. 237. n. 324.

Legatis omnibus mobilibus, etiam pecunia numerata Legata censetur, nisi testator soleret pecuniam distinguere a ceteris rebus, vocando suum Thesaurum. f. cod. n. 325.

Legata domo cum instrumentis alijsque rebus ibi contentis, non censeretur Legata pecunia, sed illa solum, que dicuntur esse in penu & supellede, seu provisio necessariorum ad vivendum. f. cod. n. 326.

Legatis omnibus mobilibus, venit etiam illa pecunia, que ad comparanda immobilia destinata erat, censetur enim illa destinatio revocata. f. 238. n. 327. Venient etiam illa, que destinata erant, ut affigentur domui: non item postquam affixa sunt, nam per affixionem evadunt immobilia. n. 328. Venit etiam pecunia ex rebus immobiliis venditis comparata: non enim subrogatur rebus immobiliis, nisi materialiter, & ideo eorum naturam non sapit, sicut sapit naturam rerum dotalium pecunia ex rebus dotalibus comparata. f. cod. n. 329.

Legatis rebus omnibus que in tali certo loco continentur, Jura & documenta ibi contenta non censetur Legata, (sicut nec merces venales) nisi nihil aliud tempore Legati facti ibi contentum fuisset. Si quid prater intentionem testatoris augendi vel minuendi Legatum, illatum fuisset aut ablatum, nec augeretur nec minueretur Legatum. f. 239. n. 330. & leq. Si tamen ipse testator auferret, prasumeretur animus minuendi Legatum. eod.

Qua ndo uoi est Legata res certa, v. g. fundus, & alij certae quantitates pecuniarie, quibus fol-

vendis non sufficit hereditas, omnes heredes admittuntur pro rata. f. cod. n. 239.

Legatario competit imprimis actio personalis ex testamento, contra heredem, ad exigendum Legatum, tanquam obligatum ex quasi contractu, sive possideat rem legatam sine non. Deinde competit actio hypothecaria in omnibus bonis testatoris, qua ad heredem pervenerunt, ut ex illis Legatum solvatur, apud quemcumque existenter. Quodsi dominum iam ad Legatum transiit, competit etiam rei vindicatio. f. 240. n. 326.

Legatum potest peti ubi existit hereditas, aut major pars illius: item ubi heres habet domicilium. f. 341. n. 327.

Non potest legataris propriâ auctoritate, etiam non violentia, occupare legatum post aditam hereditatem sub pena juris amitteri. Unde heredi tamen sub nomine competit Interdictum *Quorum legatorum*, sed etiam post restituendum negatur actio ad pendulum legatum. Si tamen ante aditam hereditatem occiperet, non amitteret suum jus. f. cod. n. 328.

Habent tamen legata parata executionem, si heres per annum non exequatur voluntatem defuncti, secundum Nov. i. c. fin. n. cod.

Legata quomodo subjacent Falcidiae, vide, *Falcidia*.

### Legata Pia.

Legata Pia possunt etiam ante aditam hereditatem peti & vindicari, quia non attinet Juris solennitatis dominum statim transfertur. f. 240. n. 326, in fine.

Ex Novella 13 i. c. 12. intra sex menses ab inscriptione testamenti numerandos legata pia praebenda sunt, alioquin fructus, & usura, & omne augmentum à morte testatoris restituenda sunt. Jure Canonico tamen annus indulgetur. c. 3. de Testam. ut Episcopus possit exigere. In conscientia statim sint solvenda, cum comode possint. f. 341. n. 329.

Secluso omni praedictio tertii, vg. posteriorum executorum aut ipsorum pauperum, possint executores legatum annum pro pauperibus statim rotu capitale simul applicare loco pio, vg. Hospitali. f. fol. 242. nu. 340.

Potest Executor hujusmodi Legatum applicare pauperibus suis propinquis, etiam si inde commode in ipsum executorum redundaret. Non facile tamen posset Praelatus suo Monasterio pra. alij pauperibus applicare. f. cod. n. 341.

Sibi ipsi tamen non posset Executor applicare tanquam pauperi, si illius paupertas fuit testatoris perfecta, praesertim si aliquid determinatum illi reliquum esset. Benè tamen Communitate, cuius pars est. eod.

Volente testatore distribui euentioribus, tenetur Executor ex Justitia comunitativa inquirere moraliter diligentiā in euentoriis, spectatis omnib⁹ circumstantijs. Si nihil expellit est, non quidem tenetur, sed laudabiliter ager praeferendo euentoriis. f. 242. n. 342.

Si te-

Si testator usus est plurali, vel singulari, tunc attendendum, an sub sit probabilis ratio quod revera pluralitatem voluerit, v.g. ut plures pro ipsis orarent, aut econtra, quod voluerit singularitatem, ut beneficium esset estimabilius, & hoc excusator observabit. Si non est ratio, non adstringitur ad illa verba, si bona fide facit, quod putat magis expedite. f. 243. n. 342.

Legatum pium relatum ad alendos consanguineos, non videtur illi restrainingendum ad Decimum gradum, sed extendendum, quamdui reperirentur consanguinei. f. 243. h. 343. Praferendū autem sunt magis propinquū, nisi electio inter ipsos propinquos esset relata arbitrio ipsi Executoris. f. 344.

Legatum sub conditione nuptiarum, vel liberorum, vel dotis aut contradictis causa relatum, non evanescit, si Legataris malit Religionem ingredi. Qui est favor legis non fundatus in praesumptione testatoris. Et solum procedit, quando tale Legatum certa persona relatum est. f. cod. n. 345.

Legatum reliquum pro liberandis incarceraatis,

potest applicari ad redendum proxime incar-

cerandum, nisi de alia intentione constaret. f. cod.

n. 346.

Legatum pium si non potest impletum in sua spe-

cie, est commutandum in uolum maximè similem,

& in bonum anima defundi. f. 244. n. 347.

### Legatus.

#### Tomo 4:

Legati a Latero officiū non exspirat morte Summi Pontificis. f. 230. n. 712.

#### Tomo 5:

Legatus non potest conveniri in loco quo ante Legationem contraxerat. Benè tamen si ibidem tempore Legationis contraxit, sicut etiam, si per se vel suos ibi deliquerit. f. 79. n. 360.

Legatus in legatione peccans, privilegium for- retinet, ut proinde per delictum non nanciscatur forum. f. 16. n. 74.

### Legislator.

Quomodo suis legibus obligetur, vide, *Lex*.

#### Legitimæ.

#### Tomo 2:

Legitimæ potest cum iuramento renuntiari, non tamen intuitu Religionis ingredienda, quod vetatur à Tridentino, sicut & alia donationes irre- vocabiles. f. 93. n. 413.

Legitima, in qua quia necessariò instituendus est, est certa portio legibus definita, illius quod quis ab intestato habiturus fuisset jure legitimæ succelusionis. f. 106. n. 279.

Legitima non est pars hereditatis, sed bonorum quæ tempore mortis exstant, depositi incremento vel decremente posse eveniente. f. cod. nu. 480. & debetur ex illis bonis, quæ superfluit deducto are alieno, libertatibus, & fuerit expensis. n. 481.

Legitima confequitur filius conditione ex lege etiam repudiata hereditate. f. 107. n. 481.

*Christi Haun. Report.*

Legitima debetur tanquam æs alienum. f. cod. n. 486.

Legitima debetur liberis etiam Professis Religionem capacem Successionis; nisi Renuntiatio precedat. Item adoptatis ab ascendentis; vel arietatis: item legitimatis: item illegitimis naturalibus ( secus canonice (purijs) debetur legitima à matre, non tamen à patre; salvo sextante fibi ab intestato debito in calu non existentium legitimorum, & legitimæ conjugis. f. 107. n. 487.

Vide, *Successio ab intestato*.

Deficientibus immediatis descendantibus, debetur nepotibus, & sic deinceps. f. cod. n. 488.

Feminæ per Statutum municipalē exclusive à successionis in favorem masculorum; accipiā dote competentē non possunt petere legitimam, aut eius suplementum: quia legitimæ est portio debita illis qui succederent ab intestato. eod.

Si filia, accipiā dote renuntiaret Legitima cum juramento, & ex ea existarent nepotes una cum alijs immediatis heredibus, tunc mortua nepotum matrē ante horum avūm nepotibus debetur Legitima jure representationis: Si vero mater supervirxit, contrarium dicendum, & solam doret consequitur. f. 108. n. 489.

Ascendentibus debetur Legitima in defectum descendantibus; & non nisi illis, à quibus debetur descendantibus. f. cod. n. 490.

Fratri debetur Legitima solum in casu institutæ turpis personæ. n. 491. De his omnibus vide etiam: *Institutio. Testamenum parentum: & Successio ab intestato*.

Si liberi sint pauciores quam quinque; Legitima est Triensi; si vero sint plures quam quatuor, est Seminis. f. 109. n. 492.

Ex hereditati justè non numerantur inter liberos ad minuendam legitimam, adeoque si v. g. reliqui sunt tres filii; & unus ex hereditatis, duo reliqui debent habere integrum Tridentem, & ex hereditati portio illis accrescit, non coheredibus extraneis. f. cod. nu. 493. Unde & in legitimæ est in tali calu accrescendi. n. 494.

Si numerus filiorum excedat quaternarium, & ex hereditati constituit filios infra quinariū, non consequentur reliqui semiſsem, sed solum tridentem, & ex hereditatis non habent nomine liberorum; nec ejus pars in hoc calu accrescit reliqui; & sic singuli minus consequentur; quam si non fuisset unus ex hereditatis; quāvis ita alio calu, quo v. g. esset octo filii, & quatuor ex hereditati portio illis accrescit, non coheredibus extraneis. f. 106. n. 279.

Legitima non est pars hereditatis, sed bonorum quæ tempore mortis exstant, depositi incremento vel decremente posse eveniente. f. cod. nu. 480. & debetur ex illis bonis, quæ superfluit deducto are alieno, libertatibus, & fuerit expensis. n. 481. Legitima confequitur filius conditione ex lege etiam repudiata hereditate. f. 107. n. 481.

§ 2

Si quis

Si quis ex liberis renuntiaret hæreditati, v.g. filia accepta dote, renuntiaret legitimam, tunc considerandum, in cuius favorem renuntiet. Si in favorem patris, numerabitur inter liberos ad minuendam reliquorum Legitimam, & ejus portio remanebit patri ad dispositionem arbitriatum: si in favorem fratrum renuntiet, (quod plerumque fit) fratribus ejus portio accresceret, & sic numerabitur inter liberos ad augendam legitimam reliquorum, si v.g. ipsi constitutus quinariu[m], cui summis debatur, qui post renuntiationem adhuc reliquis debetur: & hoc de Jure Bavatico est certum. f. 110. n. 496.

Si filia Statuto exulta domet accepit, adhuc numerabitur in numero liberorum, faciètque partem, ut quod in domet accepit, subducatur, & quod ad legitimam supplementum spectaret, accrescat filii Masculis. f. 111. n. 497.

De repudiante non soli hæreditati, sed etiam legitimam, idem quod de exhæredato dicendum, attendendo tamen in cuius favorem repudiet. f. cod. n. 498.

Nepotes concurrentes cum Thiijs seu fratribus sui patris, plus non accipiunt, quām pater accipiteret, & ideo censentur unica persona. & universim non faciunt plures personas, quām fuerint patres, qui in stirpes succedunt. f. cod. n. 499. Si vero ex uno filio aut filia sint nepotes, faciunt numerum, vi cuius variatur legitimam portio, quia succedunt in capita. Sola tamen repudiatio patris non sufficeret, ut filij aut filie facerent numerum. n. 500.

Ascendentum legitimam est etiam Triens; de Semis, nihil est constitutum, quia non continget, esse plures quaternario: fratribus autem debetur semis, si instituta est per persona turpis, & fratres effent plures quam quatuor. f. 111. n. 501.

Filius habens fratres, debet matri trientem si prætereat fratres. Si vero fratres institutus hæredes, probabile est, satisfactum legi, si matri relinquat patrem proportionalem triens: quāvis non minus probabile fit, adhuc matri debet triens; quia licet fratres succedant cum matre ab intestato, possunt tamen in testamento præteriri, non item mater. f. 112. n. 502. Si filius matrem institueret in legitimam, in reliquo alium hæredem extraneum, præteritis fratribus, legitima esset triens, seu tercia pars honorum. n. 503.

Legitima relinqua est titulus institutionis (salem in parte) ut sic conveniat ius accrescendi, immisso in honorum possessionem, & potestas capienda legitimam propriā auctoritate. f. 112. n. 504. & hoc procedit etiam in testamento inter liberos. n. 505. Secus de fratribus. f. 113. n. 506.

Si filius re alio titulo relata contentus esset, valeat testamentum, nec posset impugnari. f. 113. n. 507. Si in re certa cum alijs hæredibus institutus esset, agret ad supplementum. 508.

Institutio censetur sufficienter facta per terminos: Relingo legitimam, non item: Relingo fundum talium. f. cod. 109. & seqq. benē tamen: Relingo donem. n. 512.

Auctis bonis vel diminutis, augetur hoc ipso materialiter legitima, etiam respectu illius, cui pater legitimam ante mortem designaverit, ad quod non tenetur, nec adigi posset, etiam si prodigus esset. f. 114. n. 513. & seq.

Aucta vel diminuta (tempore deliberationis) hæreditate extrinsecè, sive causa praexstiterit, five non, legitimam augetur, nec minoritur. f. 115. n. 516. Aucta vero vel diminuta intrinsecè, legitimam quoque secundum tale incrementum aut decrementum major vel minor solvenda erit. fol. 115. n. 518.

Si pater assignet legitimam in re certa, (prout potest, etiam in pecunia numerata) debet valor illius adæquare legitimam, alioquin peti potest supplementum; item non debet, quod reliquum est, respectu filii minoris fieri, forte quod eo respectu minorem habeat utilitatem. f. 116. n. 517. & seq.

Legitima non potest vel in solo Usufructu, vel in sola proprietate relinqui. Quodsi pater in solo Usufructu constitueret, non proprie testam entum esset nullum, sed filius pro rata legitimam habebit proprietatem, & infuper in ceteris etiam bonis usufructuum, si cohates extraneus datus est, secus si fratres aut forores, si filia proprietas relata esset pro legitima, etiam si legitimam excederet, tota filio maneret una cum usufructu, secundum quantitatem legitimam. f. cod. n. 523.

Nec ipse filius, nec heres universalis potest certam rem determinare pro legitima altero invito, bentamen fratres pro dote posse determinare, si aliquo Statuto familiæ excluderent à legitima. fol. 117. n. 524.

Si hæredes inter se conveniente non possunt in rerum determinatione, nec volunt tertii arbitrio relinquere, Magistratus ex æquo & bono determinabit, nec optima, nec pessima, attendendo ad voluntatem defuncti, quid de illa præsumit pos sit. f. cod. n. 525.

In Legitimam computatur, quidquid filio quounque titulo (modò aliquid titulu[m] Institutio[nis] reliquum est sine onere, & statim post mortem consequendum: qua vero cum onere, aut non statim consequenda, excedunt legitimam. f. cod. n. 526. Unde non computaretur in legitimam, quod vel per substitutionem pupillarem, vel tanquam substitutus patris, vel jure accrescendi acquireret. eod.

Etiam res aliena legata computanda esset in legitimam. f. 118. n. 527. Non item res cuius consecutio est suspensa: neque fructus ex fidei commissio percepti. a. 528.

Plura

Plura de illis quæ in legitimam computanda sunt, vide; Collatio bonorum.

Si hæreditas non est sufficiens ad solvenda legitima, tunc detractis debitis legitima detrahitur ex legatis relictis, & postea Falcidia. fol. cod. num. 529.

Feudum & Emphyteus hæreditarie possunt in legitimam computari, non vero feuda ex pacto & providentia. fol. cod. n. 530.

Gravamen legitimam impositum, hodierno jure reicitur, acsi adjectum non esset. fol. 119. n. 531. etiam si legitimam efficeret voluntaria, quatenus pater vigore Statuti posset minorum constituere. n. 532. Gravamina vero quæ rei insunt, ut virtutes, non obfunt, dummodo res ipsa tantò minoris extimentur. n. 531. Obedit autem & reicitur v.g. substitutio fideicommissaria reciprocata inter fratres, potestativa conditio. 532. item usus fructus alteri relictus. 533. compensatio alterius debiti. fol. 120. n. 534.

Si ex Statuto Dos est loco legitimam, etiam Dos immunit esse debet ab omni onere, quia succedit in locum legitimam, adeo, ut nec adjectio conditionis: si neperit: differret solutionem dotis, unde reiceretur etiam hac conditio, ut si filia sine dote deceleretur, dos revertatur ad hæredes testatoris. fol. & num. eodem.

Agnitione testamenti non prajudicatur legitimam, nisi expresse cedatur jure legitime aut ejus supplementi. f. 120. n. 535. Neque per neglegitum Inventarii. 537.

Non licet legitimam cum aliorum prajudicio occupare propriā auctoritate, sub pœna amittendi dominij, sed expectandum, donec à Judice assignetur, vel assignata ab universalī hæredi solutione. fol. 120. n. 538.

Legitimam consequitur hæres actione ex testamento, & familia ericunda, item penitence hæreditatis, & beneficio possessorio. fol. 121. n. 539. Supplementum vero legitimam non integre relicit, consequitur conditione ex lege, que, ut potest personalis, durat 30 annos. fol. cod. n. 540.

Legitima an & quando censetur confitata confessio bonis filij, vel patris, vel matris, vide, Filius familiæ.

### Legitimi. Legitimatio.

#### Tomo I.

Legitimi liberi dicuntur, qui vel ex justis nuptijs nati sunt, vel postea legitimati. fol. 324. num. 117.

Illegitimi alij Naturales, alij Spuriij. Jure Civili Naturales dicuntur, qui ex concubina nati. Spuriij, qui nec ex concubina, nec ex matrimonio nati. Jure Canonico omnes dicuntur Naturales, qui nati sunt ex parentibus, inter quos conceptionis vel nativitatis tempore poterat subsistere etiam quoad Primogenituras, Feuda, Emphyteus, ad olinenda officia in utroque foro. fol. 328. n. 137.

Legitimi per rescriptum Principis, tunc solum locum habet, quando deficiunt legitimi, nisi Princeps ex plenitudine potestatis, & rebus ex gentibus aliud vellet. fol. cod. n. 138. Requiritur etiam horum legitimandorum confitimus, qui in infante per ratificationem habent, ubi Major factus. Item requiritur, ut pater patet, falem

S 3 in articulo

matrimonium. Spuriij, quando nec concepcionis, nec nativitatis tempore potuit esse matrimonium. Qui bonâ fide nati sunt ex matrimonio occulte nullo, habentur pro legitimis. n. 118. Sicut & illi, qui nati sunt ex conjugibus, quorum alter habet votum solenne Castitatis. 120.

Legitimatio est triplex. 1. Per subsequens matrimonium (exceptis Spuriis canonice sumptis). 2. Per rescriptum Principis. 3. Per oblationem curia facta. quæ tamen hodie ab aula recessit cui comparatur Ingrelsum in Religionem. fol. 325. n. 119. Ad legitimationem per subsequens matrimonium non requiritur consensus liberorum. n. 121. Non requiritur, ut fiat per matrimonium immediatum, sufficit mediatum. 122.

Legitimatus per subsequens matrimonium, excludit subtiliter sub conditione: si sine legitimis, non item, si sine legitimè natis. fol. cod. n. 123.

Ad legitimationem per subsequens matrimonium, non requiritur confeccio instrumentorum dotalium, nisi ad faciliorem probationem matrimonij, & excludendam simulationem. fol. cod. n. 124. & fol. 328. n. 136.

Ad eandem sufficit, nativitatis tempore potuisse subsistere matrimonium, sicut, si potuit subsistere tempore conceptionis. fol. 326. num. 125. & seqq.

Probabilis tamen, non suffici ignorantia parentum, quod coitus sit adulterinus vel incestuosis. fol. 327. n. 131. Neque purgaretur viatum, si tales potest per ignorantiam impedimenti contraherent matrimonium, nisi proles post contractum matrimonium nascereetur. 132.

Legitimatio per subsequens matrimonium, extenditur etiam ad Nepotes ex filio naturali, etiam si eorum pater mortuus esset ante matrimonium. fol. cod. n. 133.

Quomodo ex Mensium paucitate, vel excessu ultra novem, presumatur proles ex legitima copula nata esse necne, confundendi sunt Medici, & Physici, & benignior ac magis favorabilis opinio amplectenda. fol. cod. n. 134.

Quandoquidem per subsequens matrimonium legitimatio extrahitur ad tempus nativitatis, & equivalentur legitimatus per omnia legitimè natis, non solum quoad successiones ex jure communii, sed etiam quoad Primogenituras, Feuda, Emphyteus, ad olinenda officia in utroque foro. fol. 328. n. 137.

Legitimi per rescriptum Principis, tunc solum locum habet, quando deficiunt legitimi, nisi Princeps ex plenitudine potestatis, & rebus ex gentibus aliud vellet. fol. cod. n. 138. Requiritur etiam horum legitimandorum confitimus, qui in infante per ratificationem habent, ubi Major factus. Item requiritur, ut pater patet, falem

in articulo mortis. 140. & seq. Non requiriunt tamen consensus agnatorum ab intellecto venientium, nisi clausula inserta exigeret consensum eorum, quibus legitimatus succedere intendit. fol. 329. n. 141.

Potestas legitimandi convenit solum illis Principibus, qui Superiorum non agnolunt, quoad suos subditos. fol. cod. n. 142.

In terris Ecclesia potest Papa liberè legitimare, in terris vero alienis non nisi ex causa multum arduis, vel nisi in spiritualibus, tunc tamen indirecte & per consequentiam intelligitur legitimari etiam quoad temporalia. cod.

Legitimus in uno territorio, non gaudet effectibus illius in alio territorio. fol. cod. n. 143.

In applicatione pro legitimatione, exprimendum est, an sit naturalis, spurius, aut incestuosus: an per Statutum excludantur filii: item qualitas feudi, si ad aliquod petit legitimari. fol. cod. num. 144. & seq.

#### Lenocinium.

##### Tomo 6.

Lenocinium est prostitutio, vel pellecio alijus feminæ se distinxit ad actum venereum, quæstus causâ. fol. 140. n. 367.

Parentum exponentium suas filias aut neptes etiam non legitimas, pena est, ut amittant patriam potestatem, & ad metalla condemnentur de jure civili. Hodie ultimo supplicio afficiuntur jure Novelli. fol. 141. n. 369. & seq.

Marius leno uxoris, punitur pena adulterii. num. 370.

Sufficit unicus actus. n. 371. Imò sufficit non impeditissime sponte ruentes, lucri causâ. n. 372. Neque etiam requiritur actualis consecutio lucri. fol. 142. n. 375.

Qui personas extraneas prostituant, aut cum lenocino sollicitant, passim ex confuetudine militis puniuntur, v.g. exilio, numellis, aurum, mutilatione, fustigatione. n. 376. & seq.

A pena ordinaria non excusat lenonem necessitas seu paupertas. n. 378.

#### Lex.

##### Tomo 1.

Lex strictè sumitur pro Decreto Imperatoris, Regis, aut Populi, unde dicuntur illarum Interpp. Legistæ. f. 1. n. 2.

Strictius est pars Juris Civilis, & definitur: quod Senatori Magistratu, velut Consule, interrogante populus constituit. n. 3.

Lex aut sit favorabilis, videndum, an favor ab odio possit separari, & catenus erit ampla interpretationis, & strictæ, quatenus odium continet. f. 2. n. 6. Si non possit separari, spectanda est intentio legis, an voluerit primariò favere, & amplia-

tioni favoris nil aliud obstat. n. 7. & 8. ubi exemplis declaratur.

Lex est Rationalis Ordinatio ad bonum Communem, ab eo, qui curam communis habet, promulgata. Unde absque Promulgatione lex ne quidem remota obligat. f. 4. n. 11.

Lex ex intentione Legislatores posset statim à puncto promulgationis obligare. f. 4. n. 13. De facto tamen leges Caesaræ obligant primum post lapsum duorum mensium à publicatione in singulis provinçijs. n. 14. Statuta provinciatum post duos menses à promulgatione in Curia. 15. Constitutiones & Diplomata Pontificum statim à promulgatione in Curia Romana, exceptis legibus irritantibus contractus, &c., secundum aliquos, Revocatoris Privilegiorum & Indulgentiarum. 17. Elapsis duobus mensibus presumitur quis legem scivisse, nisi ignorantiam semiplène probet, & tunc potest admitti ad juramentum suppletorium. 20.

Lex Ecclesiastica etiam inferiorum Prelatorum, potest obligare etiam contradicentes. f. 5. n. 24. Neque ad legem Civilem est opus acceptatione ut obligetur. 25. & de facto ita obligat, nisi aliud exprimatur. 26.

Lex stabilitatem accipi post decennium, intra quod si usu non recipiatur, est defunctudine abrogata, etiam ignorantie legislatore. f. 6. n. 27.

Legis frequens statim violatio, sciente nec punitio legislatore, excusat reliquias ab observatione etiam necdum elapsi decennio. f. 6. n. 30. Major pars populi non observantis legem, debet esse respectiva ad talem provinciam, cuius vivendi ratio exigit proprias leges. n. 31.

Lex ut differt à Confuetudine, potest non esse scripta. f. 7. n. 34.

Legis Materia possunt esse actus non solum Justitiae, sed etiam aliarum virtutum. Non tamen Actus merè interni, nisi in Subditis Regularibus. f. 7. n. 36.

Lex tam Civilis quam Canonica potest obligare graviter in conscientia. f. 8. n. 37. Quando autem sic obliget, ex modo præcipiendo colligi potest. 39. maximè vero ex gravitate materia. 40. Gravitas autem materia colligenda ex fine legis, qui sine gravi obligatione non obtineretur. 41.

Lex continentis verba præceptiva vel prohibitoria, etiam adiutoria pena, obligat in conscientia, nisi vel materia non patiatur, vel lex ipsa aliud indicet. f. 9. n. 45. Purè penalism, quandoque. 46. non tamen semper. 47.

In ferenda lege obligatoria, debet Legislatores attendere ad Statum & conditionem personarum. f. 9. 48.

Lex intendens primariò bonum privatorum, non solet obligare cum gravi incommode: bene

tamen si intendat bonum publicum primariò. fol. 10. n. 50. ubi exempla.

Legi satisfit etiam absque reflexa intentione satisfaciendi, imò & per actum vitium ex circumstantia extrinseca. fol. 10. n. 51.

Legis duplex vis: Directiva, obligans in conscientia: Coactiva, faciens reum penam à legislatore infligendæ. fol. 11. n. 52. Legislatores patrals etiam vi coactiva tenentur. 53. Vi directiva legislator non aliter tenetur, quām quatenus lege naturali debet se conformare tangane caput membris. 54. non peccat tamen mortaliter, sceluso scandalo. 55. Neque tenetur se conformare Statutis particularibus à se confirmatis. 56. Nullus actus Principis est nullus ex lege Principis. 57.

Lex potest obligare existentem extra territorium ad ponendum effectum in territorio. fol. 12. n. 58. aliter extra territorium obligare non potest. 59. & seqq. Imò non tenetur legibus sui territorij, qui ad declinandum legem alio se conferret. fol. 13. n. 65. Quando tempus implendæ legis incepit in tuo territorio, & ante dictum possit impleri, non autem amplius postea post ingressum alterius territorij, tenetur subditus ante dictum satisfacere, nec excusatur, quod lex in altero territorio non obliget. 66. & seqq. Lex Obligans in dividibiliter ad actum dividibilem, non stringit eum, qui vult intra tempus exitus ex territorio. fol. 14. n. 68 & seqq. Rediens ad territorium obligatur, si in altero needum legem in dividibiliter obligantem transgressus est. 71. Qui legem implavit in alio territorio maturius obligante ad eundem actum, non tenetur iterum implire in proprio territorio serius obligante. cod.

Lex respiciens delictum in territorio consummatum, tenet delinquentem existentem extra territorio iuri. fol. 14. n. 72.

A coedens ad aliud territorium animo ibi permanendi sufficiente ad acquirendum domicilium vel quasi, tenerum legibus illius loci: fecūs, ad leges saltem circa contractus fortioris forum, ut possit convenire, etiam per procuratorem contractum at. fol. 15. n. 73. quod tamen intelligentium de illis contractibus, qui ex natura sua, & intentione & contrahentium admittunt executionem in loco contractus.

Peregrinus transiens per locum, tenetur illis legibus, que sunt juris communis, etiam si essent abrogata in loco domicili. fol. 15. n. 74. item tenetur ut Status particularibus, que etiam in loco sui domicili obseruantur. 75. Item illis, quorum via latio equè efficit damnoña a peregrinis ac ab incolis. cod. extra hos casus non tenetur peregrinus. Statutis illius loci ubi transit. fol. 16. n. 76.

Vagabundi tenentur legibus locorum ubi obterre existunt. fol. 16. n. 79.

Clericorum & Religiosorum obligatio servandi leges Civilis non præjudicantes immunitati, tamen

non provenit adæquatè à lege naturali obligante ad conformitatem, fol. 17. n. 83. & hac obligatio datur, præcindendo, an ditestè à legibus civilibus veniat. 84. sufficit tacita approbatio Pontificis, ut teneantur se illos legibus conformare. 85. An obligantur legibus municipalibus que sunt contra ius commune, pender ex consuetudine. 88.

Pueri universitatem obligantur legibus quarum materia aliud non exigit, vel intentio legislatoris per legem aut consuetudinem declarata. fol. 19. num. 92.

Infantes, ne quidem si malitia supplet ætatem, legibus obligantur. fol. 19. n. 94.

Potest lex obligare ad poenam ab ipso delinquentे exequandam, si non sit nimis acerba. de facto tamen tempor requirerit sententiam saltem declaratorum criminis. fol. 19. n. 96. & seqq. Ferè omnes privantes jure quaestio, obligant primùm post declarationem delicti, exceptis Censuris & Irregularitate, & (in quorundam sententiis, alijs contradicibus) penā abstinendi à petitione debiti ob incestum. fol. 20. 98. penā autem privantes jure acquirendo, incurvantur absque omnī sententia. 100.

Lex privans ipso facto, ipso jure duo operatur: primum, ut delito judicialiter cognito & declarato, non expectata condemnatoria sententia, tenetur reus penam exequi, v.g. cedere beneficio secundum, quod actus post delictum celebrati irritari possint. fol. 20. n. 101.

Quomodo excusat ignorancia penæ & legis penalism, vide Ignorantia.

Lex potest actus irritare aliquoquin futuros validos. fol. 21. n. 105. & seqq. Irritatio non eneretur per ignorantiam illius, nisi talis irritatio esset penæ extraordinaria. 108. & seqq. & fol. 22. num. 111.

Lex irritans actum in favorem agentis, tenet etiam invitatum. fol. 22. n. 113. & seqq. Si tamen irritatio cederet in prejudicium illius cui lex favet vult, nullam vim habet. 115. ubi refertur exemplum. n. 116.

Lex prohibens actum, non hoc ipso irritat illum, universitatem loquendo, licet à potiori verum sit, praesertim de lege Civili. fol. 23. n. 117. & seqq.

Lex requiescens aliquid observandum ab eo, cujus actu tribuit potestatem agendi, confertur velle requiri ad substantiam pertinere, nisi talis modulus jure communis accidentalis sit secus si jam ante habet potestatem agendi. in dubio presumerit requiri ad substantiam. fol. 23. n. 119.

Quomodo contra legem possit præstib, aut confuetudine abrogari, aut obligatio præter legem induci, vide, Confuetudo.

Legum interpretatio à viris doctis, praesertim Juri peritus facta, nō quidem habet vim legis, facit